Vel illius Succedum Ad Officium præsens Castren Capitan
Premislien Eo tunc recessa Supra scripto quo ad respondendum spe-
ctat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam perem
ptorio Stare Juri parere respondere Vadium Vel Vadia facta
luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne judicatum pati debebit
et tenebitur Seq ac suos Succedres ad eadem omnia inscribunt
et Obligant præsentibus, illum Terminum primum peremptorium
Vti et alios omnes exinde consequen Causæ eiusdem Terminos
semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate
Succedum legatione intra Vel extra Regnum servitio militari
ad munimenta ad Quictorem Vel aliis quibusuis dilationibus et
legalibus impedimentis non differendo ad quietonem præterea
Vltra jurisdictionem Officii præfati Castren Capitan Premislien Terminos
dilationem sibi non recipiendo Nullasq Motiones, appellones ac
earum prosecutiones faciendo ac præmissa omnia pænis simpli
cibus Vel triplicatis euasionibus suspensionibus fatalibus Juris
processu Terrestri bello Conuentioneq ac aliis omnibus Juris reme
diis et defensis non subterfugiendo Nec modo alio quouis eua
dendo Ita c sua præsenti personali recognitione ad præmissa obli
mediante

2/r

Feria Sexta post Dominicam Iubilate proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo

Czerniecki

1490

262

Czerniecki Conti Reformat.

Comparens personaliter foram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premislien Nobilis Procopius Czerniecki olim Nobilis Fedoris Czerniecki Filius Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus quibusvis propriis et competen recedendo Praesenti vero Castren Capitan Premislien Iurisdictioni quo ad Actum modernum attinet Secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum reguit. Quia ipse Nobili Helena Dubrawska Nobilis Iwan Dubrawski cum olim Nobili Marina Sopelowna Consorte eius legitima procreate Filiae sui Vero Recognoscen Conti legitimae eiusque posteris Summam Quinquaginta florenorum polon ratione Verae Dotis et expeditionis post ipsam acceptae et in domum suam importatae Nec non aliam similem Summam Quinquaginta florenorum polon ratione Veri iusti et liquidi Dotalitii in et super tota et integra medietate omnium generaliter bonorum suorum mobilium et immobilium Summarumque quarumvis pecuniariarum nunc habitarum et in post habendarum Nec non Auri Argenti Clenodiorum Unionum Margaretarum Vestium Vestimentorum Stanni, Aeris, Cupri, orichalci, pecorum, pecudum, Equorum, Equiret, ac totius suppellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae dedit, Dotavit Dotalitiavit Inscripsit et Reformavit prout Dat, Dotat Dotalitiat, inscribit et Reformat Vigore Ser ipsam Nobilem Helenam Dubrawska sui.

1954

Recognoscens Contentat legsnam et ipsius posteros eandem Haeredicitatem bonorum suorum generaliter omnium Cum Vniversis ipsius Vtilitatibus et Vsufructibus competentiaq et prorogativa quaevis tenendi habendi et possidendi, illisq quiete et pacifice Vtifruendi ac ad Vsus suos suorumq Successorum quosuis beneplacitos libere et effectualiter convertendi Vigore ac more alienationum Reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniae observari solitarum.

Sielecki Iurzanskiej Quietat

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitaneal Premislien Nobilis Iwan Sielecki olim Religiosi Hyacinthi Poponis Sielecki Filius Sanus mente et corpore existens a Terrestribus Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusvis propriis

262 et competen recedendo. Praesenti Vero Castren Capitaneal Premislien Iurisdictioni quo ad Actum modernum attinet Secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subiiciendo, palam libere publice ac per expressum recognoscit Quia ipse Nobilem Bazilium Iurzanski de Summa Sex decem Florenorum polon suprascriptorum olim Parenti suo per eundem Nobilem Iurzanski Actis Terrestribus Premislien inscriptam et super Horto Lawrowski dicto in Bonis Villae Sieleo iacen modo Obligatorio ad soluendum assecuratam in se Vero Recognoscentem devoluta Nec non de ipsa inscriptione Obligatoria Terrestri Premislien. Quietat emittit dimittit liberumq et absolutum perpetuo pronunciat Inscriptionem praesentem Obligatoriam ob

B Ihlasko